

Sermo

L II

ab apostolo noitur. Atq; ad Rhoman. ij. ait. Cum enim gentes que legem non habent naturaliter ea que legis sunt faciunt: cuiusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex. Qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis: testimonium illis reddente scientia ipsorum. Et quod patet quod secundum hanc scientiam et modum scientia est habitus naturalis dicendi bonum vel malum. Tertio quoque describitur potestatem fratrum aliarum in libro de planctu ecclesie. Conscientia est diuine scientie motus et operatio: cum nostra et in nostra scientia. Unde scientia dicta est quasi cum scientia. scilicet naturali diuina scripta confirmata et conformata. Est enim talis scientia tanquam candela accensa quae posuit omnia in medio cordis nostri: ut pateant ea que in eo sunt contenta. Unde psalmista ait. Signatus est super nos lumen vultus tui domine: dedisti letitiam in corde meo. Quarto describitur potestatem fratrum aliarum ibi. Conscientia est scintilla diuini lucis in homine preposito subsemitata a principio quasi quedam cogitatio seruientior et illustratiua verbum seu rationem lucis in se continens: et ostendens ei bonum a malo. Et hec vocatur scientia et lex naturalis. Unde scientia exo. xxiij. per lapideas tabulas mystice designat. Nam legem scriptam indubitabiliter in se tenet. Quod nullus excusari potest quod leges et scripturas ignorat: cum scripturam in corde suo habeat secundum quam vivere debet. In huius mysterium sicut decem mandata in tabulis erant et tabule in arca et arca in tabernaculo. ut ad hebreos. ix. et. x. Sic lex naturalis est in conscientia. scientia vero in anima et anima est in corpore locata. Sed quod propter peccatum lex scientie obscurata est: micor dicit a deo datum est ei lumen per legem scriptam que delucidauit legem nature. Sed quod etiam non sufficiebat lumen legis scilicet propter multitudinem peccatorum que adhuc intellectum obtenebrabant: propter dominum iesum christum lex data est que delucider legem scriptam. ut sit rota in medio rote. Ezechiel. x. Et iterum Jo. i. scriptum est lex per moysen data est gratia et veritas. id est gratia veritas per iesum christum facta est. Unde ad hebreos. viij. apostolus in persona domini ait. Dabo leges meas in mentes eorum: et in corde eorum subscribas eos. Per legem enim scriptam cognitio peccati. Rhoman. ij. c. Conscientia enim est illa lex de qua ad Rhoman. vij. in fine. c. apostolus ait. Non delector enim legi dei secundum hominem interiore. Unde autem alia leges in membris meis repugnantem legi menti mee: et captiuam meam in lege peccati. Ad idem. xxx. ij. q. v. c. si paulus.

Quomodo conscientia quadrup-

plicitate diffinitur. Cap. iij.

Primo consideremus scientie diffinitionem. Quadrupliciter enim scientia diffinitur. Primo scilicet. Conscientia est opinio habita de agendis vel non agendis cum deliberatione firmata. Nam si absque animi deliberatione et intermiata est non proprie scientia: sed timor scientie dici potest sicut. i. parebit. De scientia autem primo modo sumpta. i. loz. viij. apostolus ait. Quidam autem cum scientia idoli visque nescit quasi idolocantem manducant: et scientia ipsorum cum sit in firma polluit. Et iterum Rhoman. xiiij. De autem quod non est ex fide peccatum est. Glo. i. o. quod est contra scientiam. hoc modo scientia est habitus acquisitus et frequenter erroneus in iudicando ad faciendum esse quod non est faciendum et e contra. Et similiter in alijs tribus sequentibus diffinitionibus scientie cadere potest error. Secundo magister sic diffinitur. Conscientia est habitus mentis boni et mali distinctiuus. Tertio insuper sic diffinitur a Bonauentura. Conscientia est aggregata vel coadunata per acquisitionem cognitio agendorum. Quarto sic secundum hugo. lib. ij. de anima. c. ix. sic diffinitur. Conscientia est cordis scientia. Loz autem nouit se sua scientia et multa alia. Unde autem se nouit tunc scientia appellatur. quia autem propter se nouit alia scientia tunc noitur.

Articulus. ij. de formositate et pulchritudine conscientie mundi et de duodecim ornamentis eius

Secundo ostendit prophetam scientie formositate cum ait. Domine dilecti decorum domus tue. Unde domus dei vocat scientiam propriam. Unde alibi idem in persona domini ait. Perambulabam in innocentia cordis mei. i. per gratiam in medio domus mee. id est scientie meae. huius domus decorum diligite propter dominum quos iustus. hinc siquidem decorum in duobus consistit. scilicet in remotioe peccatorum et in ornatu virtutum. De his Zach. xj. dicit. Assumpsi mihi duas vngas vnam vocavi decorum et alteram suniculum. Primum autem sit pernitentia secundum iustitiam. De quo Esai. j. dicit. Lauami munda estote. quod scire agere pulchre discite bene facere. Et Job. xl. Circumda tibi decorum: et speciosis induere vestibus. De hoc ornatu atque decoro prophetam alibi ait. Paratum cor meum deus paratum cor meum. Bis ait paratum. Nam et templum primo paratum cum scobis et pala. scilicet remouendo sordes. Secundo ponuntur corine et spargunt flores. Conscientiam igitur taliter ornata atque parata describitur hugo in li. ij. de anima. c. ix. dicens. Conscientia mundi titulus est religionis. et